



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

Articulus XI. De portione Canonica, debita Episcopis, ex legatis piis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

526 Tract. In Lib. III. Decretal. Quæstio XXVI.

vim earum retinent; textus autem authen-
tice illius *indefinitè* dicat, quod Novella
131. Solum dicat *restrictè*, ut paret ex ipso
utriusque textu; non adeo certum est,
universum hoc procedere ex vi illius textus,
quia tamen communis sententia stat pro
causis piis, & detractio Falcidiae potissimum
fundatur in dispositione juris civilis,
qua in causis piis non attendit, in quantum
illis præjudicat, in judicando rece-
dendum non est à communi sententiâ, ut
tradit Zoësius in ff. ad L. Falcidiam; præ-
fertum cum lex Falcidia contra voluntate
Testatoris inducta sit, ut habetur in
o. c. Raynaldus 18. b. t. in fine.

ARTICULUS XI.

*De portione Canonica, debita Episcopis,
ex legatis piis.*

2280 **D**elac quæstione agitur in c. *Requisiti*
15. b. t. quia vero hanc quæstionem
ex professo tractamus à n. 3422. eò me re-
mitto; in præfens solum pauca hic anno-
tando. 1. hanc portionem Episcopo com-
petere ex legatis piis non tantum factis Ec-
clesiæ sua *Cathedrali*, sed etiam aliis, non
modò Ecclesiæ inferioribus, verum piis
quoque locis in sua Diœcese existentibus;
ubi nota, signatè dici *Ecclesiæ*, & locis piis,
ne procedat etiam de his, quæ directè
sunt personis Ecclesiasticis intuitu suarum
personarum, prout ipsum c. *Requisiti* di-
stinguit.

2281 **D**einde, per privatam voluntatem
aliquid legantis Ecclesiæ, vel persona Ec-
clesiastice, intuitu ipsius Ecclesiæ, non
posse prohiberi, ne portionem suam de-
trahat Episcopus; hæc enim introducta
est per Jus publicum facrorum Canonum,
cui pactis privatorum derogari non pot-
est, arg. L. *Jus publicum*. 38. ff. de *pactis*;
nec ullibi reperitur cautum contrarium;
nec obstat, quantumvis jure publico in-
troduced sit detractio *Falcidiae*, vel *Trebel-
lianica*, illam voluntate Testatoris prohi-
beri posse, nam de hoc specialiter cautum
est in jure.

2282 **Q**uod enim detractio *Falcidiae* possit
prohiberi, habetur in authent. sed cùm
Testator. C. ad L. *Falcid.* ibi: Sed cùm Testa-
tor hoc expressim vetut, non ignarus, quis
modus sit sui patrimonii, cessat *Falcidia*,
& si hares in hoc defuncto non parent, de-

fereatur hereditas personis enumeratis Substi-
tuto de legatis, & fideicommissis. Item
Nov. 1. c. 2. in fine: Si vero expressim des-
gnaveris, non velle heredem retinere Fal-
cidiam, necessarium est Testatoris valere
sententiam, & aut volentem cum parere
Testatori, aut, si parere noluerit, eum qui-
dem recedere ab hujusmodi institutione, lo-
cum vero fieri Substitutus, & Coheredibus,
& Fideicommissariis, & Legatariis, & Ser-
vis, & iis, qui ab intestato sunt, & alii
secundum prius à nobis inventam in talibus
viam.

De detractione *Trebellianica* idem de 2283
ducitur ex verbis cit. Novellæ 1. quia in il-
lo textu Imperator sub nomine *Falcidiae*,
etiam intellexit *Trebellianicam*, ergo sicut
illius, ita hujus detractione, vi eius Novellæ
à Testatore prohiberi poterit; ant. proba-
tur; si enim eam non intellexisset sub no-
mine *Falcidiae*, Justinianus non bene re-
censuerit illos Fideicommissarios, qui
succedunt, nolentibus parere Testatoris
prohibitioni, non enim censendus est lo-
qui de casu Successionis, cui nunquam sit
locus; at, si *Trebellianica* ibi non censem-
tur prohibita, nunquam potest esse locus
Successioni Fideicommissario; cum hares
volendo detrahere *Trebellianicam*, nec
contra legem, nec contra voluntatem Te-
statoris agat, si ab hoc ejus deductio pro-
hiberi nequeat.

Annot. 3. quando dicitur, portio 2284
nem Episcopo deberi ex piis legatis, quæ
Testator Ecclesiæ, vel locis piis reliquit,
addi circumstantiam restringentem in cit.
c. *Requisiti*, ibi: quæ Testator pro anima
sua legat, &c. in nostra. 10. de *Sepultur*, ibi:
pro anima sua in ultima dispositione, con-
sequenter non deberi ex legatis alio titulo,
factis, v.g. ex gratitudine pro obsequiis
sibi praefutis, pro ornamentis Ecclesiæ,
pro lumine perpetuo &c. de quibus plura
v. à n. 3422.

ARTICULUS XII.

De Codicillis.

Präter testamentum ultimis voluntati 2285
bus annumerantur donatio causa
mortis, de qua jam diximus à n. 1956.
& *Codicilli*, de quibus in sequentibus. *Co-
dicillus* igitur (ut diximus n. 1992.) est
species ultimæ voluntatis, quo nec hære-
ditas